Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



adiacens ad duas dietas habet multos artifices in se
rico et auro et est bene habitata et sunt humane gentes
multas et multarum mercacionum et arcium. Hic est quedam
contracta ubi nascitur multum vi^m de vitibus de quo nichil
est in provincia preter quam catay ubi etiam fiunt magna
copia armorum pro rege chaam per xx dietas sunt
pulchra et amena loca et bene inhabitata et multe
mercaciones et artes maxime operis de serico et auro
habundat etiam in multis victualibus et fructibus Est etiam
ibi quedam magna civitas que est caput cuiusdam regni
ubi modo regnat mangala filius magni chaam Extra
civitatem est murus gyrans v miliaria ubi sunt
fluvii et lacus et fontes et viridaria pulchra Intra murum
est quedam palacium intrinsecus totum paratum ex auro va
cuto In viridariis vero intra hunc murum est maximum sola
cium venacionis Nam circa palacium moratur familia
magni regis mangale Terra est xx dietarum per
dictarum multum amena et bene habitata habundans in
blado et omnibus fructibus arborum et maxime moris
et omnibus delectabilibus Cuius gentes ydolatre sunt
maximi mercatores et venatores quia ibi sunt multa
animalia silvestria et aves venatice et venabiles

Postea est quedam De provincia abalech
provincia plana durans duas dietas